Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Christofore

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

do ardere nulla puniret. Et huius dolis
demon eum animavit. Dum iuvenis a pa-
tria domum suam rediret et peccato confessus de-
inde iter deinceps disponebat. Et ecce
dyabolus ei apparuit in specie apostoli homini-
no dissuasit asserens quod peccatum
illud nullo modo remitteret nisi penitus
sibi genitalia membra secaret. Be-
atior autem foret si se vellet occide-
re pro eius nomine martyr esset. Iuvenis
igitur nocte sociis dormientibus gla-
dium arripiens genitalia sibi precidit.
deinde idem cultro se perimens iugulavit.
Expergefacti socii hoc videntes et plu-
rimum formidantes protinus aufu-
gerunt ne suspectionem de homicidio
haberent. Unde cum eius fovea pararetur
qui fuerat defunctus surrexit et
cunctis fugientibus et stupentibus
que sibi acciderant enarravit dicens.
Cum me ad suggestionem demonis
occidissem, demones me capientes
versus Romam me ducebant. Et ecce
post nos sanctus Iacobus properans currit
et demones de falsitate plurimum
increpavit. Cumque ad invicem plurimum
disceptarent, cogente beato Iacobo
ad quoddam pratum venimus ubi virgo
beata cum multis sanctis colloquens residebat.
Cui cum beatus Iacobus pro me conquestus fuisset,
illa plurimum demones increpavit et
me vite restitui fecit. Beatus ergo Iaco-
bus me suscipiens vite me reddidit
ut videtis. Post triduum igitur solis in illo ci-
catricibus remanentibus iter arripuit
et inventis sociis omnia per ordinem enar-
ravit. Anno domini m. cc. xxxviii.
in vigilia sancti Iacobi in quodam castro quod po-
nitur inter Florentiam et Pistorium si-
to inventus quidam rusticus quadam simpli-

citate deceptus segetes tutoris
sui igne apposuit, eo quod hereditatem
suam sibi usurpare volebat. Tentus
igitur et confessus ad caudam equi trahendus
incendio ad iudicandus est. Cum peccatum
suum confessus et sancto Iacobo se devovisset
cum tractus longum in sola camisia
diu iterum fuisset, nec in corpore nec in camisia
sensit aliquam lesionem. Tandem ad palum
ligatus ligna undique congeruntur, igni
supposita ligna et vincula combusserunt.
Et ipso sanctum Iacobum invocante nec
in camisia nec in corpore aliqua lesio re-
peritur. Quem dum in ignem iterum vellent
iactare ab apostolo eripitur et deus in suo
apostolo magnificus laudatur. De sancto Christoforo.

Christoforus ante baptismum dicebatur
Reprobus, sed postmodum Christoforus
dictus est, quasi Christum ferens, ex eo quod Christum
quattuor modis portavit, scilicet in humeris per
traductionem, in mente per devotionem,
in ore per confessionem sive predicatio-
nem sive per predicationem. De nomine.

Christoforus genere Chananeus pro-
cerissime stature vultuque terribilis
erat et xii cubitos in longitudine pos-
sidebat. Cum ut in quibusdam gestis suis le-
gitur cum staret cum quodam rege Chananeorum
venit sibi in mentem ut maiorem principem
qui in mundo esset quereret et ad eundem se
moraturus accederet. Venit igitur ad
quendam maximum regem de quo generalis fa-
ma habebat quod maiorem in mundo
principem non haberet. Quem rex videns libenter
recepit et in sua curia manere fecit. Qua-
dam autem vice ioculator quandam cantionem
coram rege cantabat in qua frequenter
dyabolum nominabat. Rex autem cum
fide christianus esset quandocumque dyabolum nominari
audiebat, protinus in facie sua signum

De nomine.
De sancto Christoforo.

cum crucis se premuniebat. Quod cum attendens
xpoforus plurimum admirabatur
cur rex hoc ageret. et quid nam hoc sibi
signum haberet uellet. Cum autem hoc ab eo re
rege interrogaret et ille hoc sibi manife
stare nollet, dixit: Nisi mihi dixeris recedam
tuus non manebo. Quia propter coactus
rex dixit ei: Quandocumque dyabolum
nominari audio hoc signo me munio
timens ne in me potestatem accipi
at uel noceat. Cui xpoforus: Si dy
abolum ne tibi noceat metuis, ergo
ille maior et potentior te esse conui
ncitur, quem in tantum formidare probaris.
frustratus sum igitur spe mea pu
tans quod maiorem et potentiorem mun
di dominum inuenissem. Sed iam nunc uale
as quia ipsum dyabolum querere uolo ut
ipsum in dominum assumam et eius seruus
efficiar. Discessit igitur ab illo re
ge et dyabolum querere properabat.
Dum autem per quandam solitudinem pergeret
uidit magnam multitudinem militum
quorum quidam miles ferus et terribilis
uenit ad eum et quo ui pergeret requisiuit.
Cui xpoforus respondit: Vado querere
dominum meum dyabolum ut ipsum in
dominum assumam. Cui ille: Ego sum ille
quem queris. Gauisus xpoforus se ei
in seruum perpetuum obligauit et ipsum
pro domino accepit. Cum ergo ambo pergerent
et in quadam uia communi crucem erec
tam inuenissent, mox ut dyabolus ip
sam crucem uidit territus fugit et uiam
deserens per asperam solitudinem xpofo
rum duxit. et postmodum ipsum ad uiam reduxer
it. Quod uidens xpoforus et admirans
interrogauit cur in tantum timens uiam
planam reliquerit et tantum deuians per
asperam solitudinem ambulauerit. Qui cum

ille sibi nullatenus indicare uellet
xpoforus: Nisi hoc mihi indicaueris statim
a te discedam. Quia propter compulsus dyabolus
dixit ei: Quidam homo qui dicitur xpc
quando in cruce affixus fuit cuius cum
signum crucis uideo plurimum pertimesco et
territus fugio. Cui xpoforus: Ergo
ille xpc maior et potentior te est cuius
signum in tantum formidas. Inaniter
igitur laboraui nec adhuc maximum
principem mundi repperi. Iam nunc uale
quia deserere te uolo et ipsum xpm inqui
rere. Dum igitur diu quesisset quis
nam sibi xpi notitiam indicaret tan
dem ad quendam heremitam deuenit
qui ei xpm predicauit et in fide ipsum di
ligenter instruxit. Dixitque heremita
xpoforo: Rex iste cui seruire de
sideras illud requirit obsequium quod
te frequenter ieiunare oportet. Cui
xpoforus: Aliud a me requirat ob
sequium quia istud facere nequaquam
ualebo. Rursus heremita: multas
quoque orationes te facere oportebit. Cui xpo
forus: Nescio quid sit hoc nec huius ob
sequium perficere ualeo. Cui heremi
ta: Nosti talem fluuium in quo mul
ti transeuntes pericliantur et pereunt?
Cui xpoforus: Vtique noui. Et ille:
Cum procere stature sis et fortis uiri
bus iuxta fluuium illum resideas et cunc
tos traduceres regi xpo cui seruire
desideras plurimum gratum esset et spero quod
ibidem se tibi manifestaret. Cui xpo
forus: Istud obsequium agere ualeo et
me sibi in hoc seruiturum promitto.
Ad predictum igitur fluuium accessit et iuxta
se habitaculum fabricauit. perticam quan
dam pro baculo in manibus quo
se in aqua sustentabat omnes sine cessatione

satione cunctos portabat. Evolutis mul-
tis diebus, cum in domuncula sua quiesceret au-
divit vocem cuiusdam pueri se vocantis di-
centis: Christophore, veni foras et me
ipsum transducas. Conatus Christophorus
exiliit, sed neminem repperit. Rediens ergo
in domunculam predictam, iterum vocem se ac-
clamantis audivit. Cum rursus fo-
ras cucurrit, sed neminem invenit. Ter-
cia vice ab eodem ut prius vocatus exiit et
puerum quendam iuxta ripam fluminis in-
venit, qui Christophorum ut se transduceret ob-
nixe rogavit. Christophorus igitur puerum
super humeros elevans et baculum suum acci-
piens flumen transiturus intravit. Et
ecce aqua fluminis paulatim intume-
scebat et puer instar plumbi gravissime
ponderabat. Quanto magis procede-
bat tanto amplius unda crescebat et
puer magis ac magis Christophori hu-
meros pondere intollerabili deprimebat.
adeo ut Christophorus in angustia multa
positus esset et periclitari plurimum formida-
ret. Sed cum vix evasisset et flumen transis-
set, puerum in ripam deposuit eique dixit:
In magno me puer periculo posuisti et
adeo ponderasti quod si totum mundum habuis-
sem super me vix maiora pondera persen-
sissem. Ad quem puer respondit: Ne mire-
ris Christophore, quia non solum totum mundum
super te habuisti, sed et illum qui creavit mun-
dum tuis humeris baiulasti. Ego enim
sum Christus rex tuus cui in hoc opere deser-
vis. Et ut me verum dicere comprobes, cum
transieris baculum tuum iuxta domum
tuam in terram figas et mane ipsum flo-
ruisse et fructificasse videbis. Statim-
que ab oculis eius evanuit. Veniens
igitur Christophorus baculum suum in terram fix-
it, mane surgens invenit ipsum ad

modum palme frondes ac palmulas et dacti-
los protulisse. ¶ Post hec in Samon civitatem
licie venit. Ubi dum eorum linguam non in-
telligeret oravit dominum ut eius lingue sibi
concederet intellectum. Dum autem in prece sic iste-
ret, iudices eum insanum putantes reli-
querunt. Accepto Christophorus quod petebat
vultum operiens ad locum certaminis venit
et christianos qui torquebantur in domino con-
fortabat. Tunc unus ex iudicibus in
faciem eum percussit. Cui Christophorus vultum
discooperiens dixit: Si non christianus essem
meam protinus iniuriam vindicassem.
Tunc Christophorus virgam suam in terram
fixit et ut ad conversionem populi fronderet
dominum exoravit. Quod dum protinus
factum fuisset, viii. milia hominum crediderunt.
Rex autem ducentos milites qui eum ad
se adducerent [illegible]
invenientes [illegible]
totidem misit [illegible]
protinus oravit [illegible]
dixit eis: Quid queritis? Cum eius
vultum viderent, dixerunt: Rex misit
nos ut te ad eum vinctum ducamus.
Quibus Christophorus: Si ego nolo nec li-
gatus a vobis duci potero. Dicunt ei: Si
ergo non vis vade liber quo vis et nos
regi dicemus quod te nequaquam invenimus.
Non ita inquit, sed ego vobiscum vado. Ipse
autem illos ad fidem convertit et ab eis ma-
nus suas a tergo ligari fecit et se regi
vinctum presentari. Quem rex videns timu-
it et de sede sua protinus corruit. De-
inde a servis suis levatus de nomine et patria
eum interrogavit. Cui Christophorus: Ante bap-
tismum Reprobus, nunc autem Christophorus
vocor. Cui rex: Stultum nomen tibi impo-
suisti, scilicet Christi crucifixi, qui nec sibi profuit
nec tibi prodesse poterit. Nunc ergo ex-

nanee malefice quare non sacrificas
diis nostris. Cui xpoforus. Recte voca-
tus es dagnus quia tu es mors mundi
socius diaboli. dii autem tui sunt opera manu-
um hominum. Cui rex inter feras nutritus
es et non potes nisi ferina et hominibus
incognita loqui. Sed nunc si sacrificaveris
magnos a me consequeris honores. sin
autem diris suppliciis consumeris. Nolen-
te eo sacrificare in carcerem mitti iussit
ac illos milites quos ad eum miserat fue-
runt pro xpi nomine decollari fecit. Deinde duas
formosas puellas quarum una dicebatur
tur nycea et altera aquilina secum in car-
cere recludi fecit promittens illis mu-
nera si eum ad peccandum secum allicerent. Quod
videns xpoforus protinus in orationem se
dedit. Sed cum a puellis palpatu manu-
um et amplexibus urgeretur surrexit
et ait illis. Quid queritis et quare huc in-
troducte estis [illegible]. At ille nimium
[illegible] dixerunt. Misere-
re nostri [illegible] quem predicas credere
valeamus. Quod audiens rex eas
adduci fecit dicens. Ergo et vos se-
ducte estis. Per deos iuro nisi sacrificaveri-
tis mala morte peribitis. Que respon-
derunt. Si vis ut sacrificemus plateas
mundari et omnes ad templum congregari. iube
Quod factum cum ille in templum intravissent sol-
ventes cingulum suum posuerunt in colla
deorum et ad terram trahentes in pulverem con-
fregerunt dicentes astantibus. Ite et
vocate medicos ut curent deos vestros.
Tunc iussu regis aquilina suspenditur
et ligato ad pedes eius ingenti saxo
membra eius omnia dirumpuntur. Que cum
migrasset ad dominum soror eius nycea in ignem
proicitur et cum illesa exiens protinus de-
collatur. ¶ Post hec xpoforus regi pre-

sentatur quem iussit cum virgis ferreis cedi et
cassidem ferream et ignitam in capite eius poni.
Deinde scamnum ferreum fieri fecit et xpoforum
ibidem ligari et ignem incendi picem sug-
di. Sed in stat de scamnum confringitur et xpo-
forus illesus egreditur. Deinde iussit eum ad
stipitem ligari et a cccc militibus sagit-
tari. Sagitte autem omnes in aere suspende-
bantur nec ipsum aliquis contingere potuit. Rex
autem putans ipsum a militibus sagittari
cum eidem insultaret subito una de sagit-
tis ab aere veniens et retro se vertens in e-
ius modo percussit et ipsum protinus ex-
cecavit. Cui xpoforus. Crastina die consum-
mandus sum. Tu igitur tyranne lutum
de sanguine meo facies et oculum inunges
et sanitatem recipies. Tunc iussu regis ad
decollandum ducitur et ibi fusa oratione de-
collatur. Rex autem modicum de sanguine eius
accipiens et super oculum suum ponens ait In
nomine dei et sancti xpofori. Et continuo sanus
effectus est. Tunc rex credidit dans edic-
tum ut si quis deum et sanctum xpoforum bla-
sphemaret continuo gladio feriretur. ¶
Ambrosius in prefatione de hoc martyre sic
ait. xpoforo tantum virtutis cumulum
et doctrine gratiam contulisti ut xlviii
milia hominum de gentilitatis erro-
re ad xpiani dogmatis cultum cho-
ruscantibus miraculis revocaret. De-
nique niceam et aquilinam publico lupa-
nari longo tempore sub meretricali sorde
famulantes ad castitatis habitum revo-
cavit eas denique pari corona deco-
ravit. Preterea cum inter igneum rogum ferro
stagno constrictus nimium calorem non time-
ret atque per diem integrum omnium mili-
tum sagittis configi non potuit certum u-
na ex illis carnifices oculum collisit
cui tamen beati martyris cruor lumen reddidit.

et cecis cecitatem tollendo illumina
uit et mentem. Nam et a papa ueniam impe
trauit atque ut morbos et infirmita
tes repellat suppliciter obtinuit.

De vii. dormientibus

Septem dormien
tes in ciuitate ephesi orti sunt. Decius
autem imperator persequens christianos cum
uenisset ephesum iussit edificari tem
pla in medio ciuitatis ut omnes cum eo
immolarent sacrificia ydolorum. Cum
igitur omnes christianos inquiri iussisset et uinc
tos aut sacrificare aut mori compel
leret, tantus penarum timor cunctis in
erat quod amicus amicum et filius patrem
et pater filium abnegabat. Tunc in illa
urbe inuenti sunt vii. christiani maxi
mianus, malchus, marcianus, dyoni
sius, iohannes, serapion et constantinus.
qui hec uidentes nimis dolebant et cum
essent primi palacii sacrificia ydolorum
spernentes in domo sua se celabant
et ibi ieiuniis et orationibus uacabant.
Accusati igitur ante decium statuuntur et com
probati ueraciter christiani, dato eis re
sipiscendi spacio usque ad reditum de
cii dimittuntur. At illi patrimonium
suum interim in pauperes expendentes
inito consilio in montem celion secesserunt.
et ibi secreti decreuerunt. Diu igitur sic
latentibus unus eorum semper ministrabat
et quotiens urbem intrabat figuram
se mendici et habitu uestiebat. Cum
igitur decius in urbem rediisset et eos ad
sacrificandum perquiri fecisset, mal
chus minister eorum timidus ad socios
redit et eis furorem imperatoris indi
cauit. Qui cum grauiter terrerentur, mal
chus tamen allatos panes eis apposuit
ut cibo confortati fortiores ad prelium
redderentur. ¶ Postquam autem cenauerunt
sedentes et colloquentes in luctu et lacri
mis subito sicut deus uoluit dormierunt.
Mane facto cum quesiti inueniri non possent
et decius doleret quod tales iuuenes per
didisset, accusati sunt quod hucusque in mon
te celyon latuissent et sua christianis pau
peribus erogantes in suo proposito permanerent.
Iussit igitur decius ut parentes eorum ad eum ueni
rent et comminatus est eis mortem nisi de eis di
cerent quod sciebant. Illi autem similiter eos
accusabant et diuicias suas expendi
sse pauperibus conquesti sunt. Tunc cogitans
quid de eis faceret nutu dei iussit os
spelunce lapidibus obstrui ut ibi
morerentur fame et inopia circumclusi.
Quod ministri quidem fecerunt et duo
christiani theodorus et rufinus eorum mar
tirium describentes caute inter lapi
des posuerunt. Mortuo igitur decio et tota
generatione illa post annos ccc.l
xxii. anno tricesimo imperii theo
dosii pullulauit heresis eorum qui nega
bant resurrectionem mortuorum. Un
de contristatus theodosius christianissi
mus imperator quod fides tam impie agi
tari uidebatur indutus cilicio sedens
interiori loco per singulos dies flebat.
Quod uidens misericors deus consolari
lugentes et confirmare spem de re
surrectione mortuorum uoluit et thesau
rum sue pietatis aperiens ita predictos
predictos martires suscitauit. Misit siquidem
in cor cuidam burgensis ephesi ut in
illo monte edificaret stabula pa
storibus suis. Cementariis igitur speluncam
aperientibus surrexerunt sancti et se in
uicem salutantes putabant se u
na nocte tantum dormiuisse et pristinam
tristiciam recordantes interrogauerunt
malchum quid eis ministrauerant quid